



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

De editione scripturarum, & earum taxis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

materiæ Decretorum, Constitutiones,  
& libri ad id pertinentes.

Concilia varia.

Ordinationes variae datæ Clero.

Tabellæ ad disciplinam Cleri pertinen-  
tes.

Quæ pertinent ad librum ritualem, vel  
ad cœremoniale Missæ.

Tabellæ Punctatorū, & alia huiusmodi.  
Generales ordinationes ad populum  
pertinentes, quales sunt.

Institutiones, ordinationes.

Regula Corporis Christi.

Charitatis.

Sanctæ Annæ.

Item aliæ societates laitorum vniuer-  
sities.

Priuilegia illis concessa.

Banna etiam Gubernatoris, & magistra-  
tuu[m] laicorum, ad mores aliquo modo  
pertinentia.

Alia verò sunt distinctè seruanda, Com-  
munia quidem, sed non ad reformatio-  
nem spectantia; vt edicta Ecclesiastica  
vel laicalia, de abudantia bladorum, de  
aquis deducendis, de peste cauenda, &c.  
Sic alia scrinia pro recondendis aliis  
variis scripturis communibus.

De editione scripturarum, & earum  
taxis.

**C**ancellarius animaduertat, ut in fin-  
gulis expeditionibus alicui traden-  
dis sic procedatur, vt coniungantur que-  
bōperet, pro ratione illius expeditionis  
vel consequendæ, vel in vsum adhiben-  
dæ: exempli causa, ne tradat literas pro-  
missionis beneficii Curati ante emissam  
ab illo professionem fidei, & iuramen-  
tum debitum, ex præscripto literarum  
Apostolicarum, & Concilij Tridentini,  
& Provincialium: sic de professione fi-  
dei seruetur in traditione facultatis con-  
cionandi, vel profitandi, aut quovis mo-  
do docendi: sic concionatoribus, & con-  
fessariis regularibus tradat instruc-  
tiones nostras de ratione seruanda in mu-  
nere illo præstanto; tum sigillatim in  
loco illo pro ratione sua indigentia, vt  
Archiepiscopus iussérit: sic de aliis.

Notetq[ue] cui tradita instrunctiones sint.  
Si quando autem ob inopiam indigen-  
tiam loci, ac necessitatem illius inco-

tarum, admittitur aliquis ad concionan-  
tibus, aut confessores audiendas,  
aut curam animarum gerendam, alio-  
quin non ferendus ob imperitiam, alia-  
ve ob causam: tunc ne expedit literas  
patentes, vnde alibi censeatur ad ea mun-  
nera probatus; sed det literas Archiepi-  
scopales clausas ad Vicarium foraneum,  
aut Visitatorem præfectumve illius re-  
gionis, aut ad Parochum, quibus liceat  
illos eo solum certo loco, certoque tem-  
poris bteui spatio præscripto, pro ra-  
tione necessitatis loci in illis muneri-  
bus versari; neque tamen approbationem  
ostentare, vt examinis iudicis alio  
tempore in nostra vel alia Diocesi hoc  
comprobacionis testimonio effugiat, &  
aliquando contingit.

Habeat librum Diarium; in quo descri-  
bentur dietim scripta omnia quæ con-  
tigerit dari extra Archiu[m]: cum au-  
tem restituetur Cancellario, statim par-  
ta vnaquaque scripturarum restitu-  
tarum deleatur.

Cancellarii notarii tam ciuilium quam  
criminalium causarum, acta, instrumen-  
ta, processusve originales Cacellarij re-  
cepti, atque fabricati, per se aut alios, ex  
quauis causa, etiam videndi tatu[m], nun-  
quam exhibeant nisi ad eorum ban-  
cum, vel in loco Archiu[m], & Cancella-  
riæ; idque sine aliqua mercede faciant:  
aliò verò transferre, etiam per nuncios  
quantumvis sibi fidos nō audeant; etiam  
si partium consensus adesset: qui secus  
fecerit, arbitrio Archiepiscopi grauitate  
puniatur, & parti etiam læse pro suo im-  
teresse satisfaciat.

Caveant Cancellarius, & Notarii sub-  
stituti criminales, nè alicui tradant co-  
piam alicuius processus, sententiaz, de-  
positionum testium, seu alterius scriptu-  
ræ, sine licentia Vicarii Criminalis aut  
Generalis sibi in scriptis danda; sub pe-  
na priuationis officii, ac aliis arbitrio  
Reuerendissimi Archiepiscopi impo-  
nendis.

Si quādo ab Archiepiscopo, Vicario Ge-  
nerali, Præfecto vel Visitatore, vel à Pi-  
scali, vel alio eiusmodi Ministro signifi-  
candum erit, vt nihil transeat in ali-  
qua materia, seu expeditione; Cacel-  
lario curæ sit, tum cauere, tum significa-

re & Vicariis & Notariis substitutis, &  
aliis ut opus erit.

Notarius substitutus, pecunias quas occa-  
sione processus, & totius causa, cuius  
ipse actarius est, reperit, in dies in  
processum referat, ac in fine illius, totum  
id quod reperit, scribat.

Si Vicarius causa, gratis expediti in to-  
to vel in parte mandauerit, gratis expe-  
diantur; idque totum eius conscientia  
ac arbitrio relinquitur.

Ne Notarii, seu alii quibus in Archivio  
inueniendi scripturas, etiam antiquas,  
onus in iunctum erit; aliquid mercedis  
seumuneris titulo, etiam a sponte dan-  
tibus accipiunt.

Si tamen aliquando ob scripturarum an-  
tiquarum qualitatem, seu alia quavis de  
causa, aliquid solui pro labore, iustitia  
& rationi consonum erit; id tantum  
quod Vicarius Generalis iudicauerit,  
peroluatur.

Ne rursus etiam ad formam horum de-  
cretorum eorum quisquam accipiat ali-  
quid; sed omnes pecuniae quacunque de  
causa debite pro expeditionibus leuio-  
ribus; utputa comparitionum, relaxo-  
rum, & huiusmodi modici momenti, ha-  
beat quisque Notarius capsulam immo-  
biliter annexam banco suo, in quam re-  
ponat taxam prefinitam, illamque in  
dies in libello, quem omnes substituti  
habeant, referre teneatur, habita men-  
tione causa in omnibus partibus, & fin-  
gulis diebus pecunias praedictas, vna cum  
partitarum libello consignet Depositario,  
qui in capsa reponat.

Ex quibus solvatur illa merces, quam  
pro ratione laboris & scripture, eisdem  
ex praescripto in altera tabella cōfiden-  
da iussu nostro, de distributionibus in-  
ter Cancellarium & singulos eius substi-  
tutos Notarios & scriptores, & alia Can-  
cellariae onera partienda, aut certum fi-  
pendium in earum locum vel supplementum  
per nos decernendum, quo usq; ex-  
perimento facto per aliquid tempus, fir-  
mius statuatur per nos, tabella carum  
partitionum.

Pro grauioribus verò rebus, scilicet, qui  
bus manum apponit ipse Cancellarius,  
ac editionibus processuum sententia &  
huiusmodi, in ijs remittat partem ad  
capsam depositariæ Generalis Cancel-  
larie; cuius curæ erit exigere totam  
constitutam taxam, seu portionem il-  
lam, quæ tunc ad bonum computum sol-  
uetur in ipsa capsâ depositariæ genera-  
lis, ac in libro magistro rationum iudi-  
cis referendam; ultra quod de ea por-  
tione soluta in margine ac fine proce-  
sus mentio facta sit.

Cuius capsulæ claves sint tres; & ita par-  
titæ, ut altera sit penes præfectum exe-  
cutionis reformationum tribunalis; al-  
tera penes Cancellarium; altera verò  
penes Notarium illum substitutum, qui  
taxarum solutionibus Præfectus fit.  
In fine verò mensis capsula illa genera-  
lis depositarii aperiatur, his vocatis ac  
præsentibus, qui ipsorum claves reti-  
nent; & pecuniis numeratis, computis  
que factis omnium rationum ac parti-  
tarum, que in cuiuslibet substitutorum  
libello ac depositarii descriptæ repe-  
riuntur, pecunia sic conseruata (deduc-  
tis prius alijs impensis Cancellariae no-  
mine faciēndis) inter Cancellarium, sub-  
stitutes Notarios, & scriptores ad ratio-  
nem constitutorum illis singulis emolu-  
mentorum diuidantur: & quidquid de-  
esse contigerit ad integrum solutionem  
dictorum emolumētorum prædictis mi-  
nistris, & alijs impenis, totum suppletat  
mensa Archiepiscopalis.

Taxæ fori Archiepiscopalis, omnes edi-  
zioni, dentur, ac deinceps in loco Can-  
cellariae publico, in quo ab omnibus vi-  
deri & legi possint, continuè appensa  
retineantur.

Quæcunque expeditiones, aliave taxa-  
ta sunt, nihilominus quandocumque Ar-  
chicampus ex causa sibi bene visâ iuf-  
ferit gratis expediti, gratis dentur adi-  
eius praescriptum.

**FINIS. INSTRVCTIO.**  
**Cancellaria.**

BB.